

vatur Dominium Proprietatis, stante præventione. Conseq. prob. Ideò stante præventione salvatur Dominium libertatis, quia præmotus ad amandum, potest non-amare vel odio habere. Sed etiam stante præventione præventus in dispositione potest nihilominus disponere. Ergo &c.

336 In hac paritate, fortassis non bene ponderatã, tantam aliquis disparitatem latere, asseruit, quanta inter DEUM & hominem: nam, ut ille dixerit, in antecedenti sermo est de DEO præmovente, à quo tanquam primã causã libertatis essentialiter dependet causã secundã: econtrã in consequenti sermo est de homine, à quo homo alius essentialiter non dependet. Verum cit. supra Clariss. P. Cœlestinus Mayr num. 22. sapienter advertit, disparitatem hanc non esse ad rem: paritas siquidem, à me facta, non erat in subordinatione & applicatione circa præmotionem & Dominium, sed in simulate potentia, quòd, sicut voluntas, præmotã ad amorem, per-

exercitium actus non destruit alterius potentiam ad oppositum; ita dominus, in exercitio juris alterum præveniens, non destruit illius potentiam præveniendi: nam, sicuti præmotus 337, determinans ad unum, non tenet se ex parte actus primi vel potentia & libertatis, sed tantum ex parte exercitii & actus secundi; sic præventio, ponens actualem dispositionem, non tenet se ex parte actus primi vel potentia & juris proprietatis, sed tantum ex parte exercitii & actus secundi. Unde 339 verò: Dominium libertatis, formaliter accepta, per solam potentiam ad apposita formaliter salvatur; idcirco etiam Dominium proprietatis, formaliter considerata, per solam potentiam ad opposita, faciendi scilicet contrariam dispositionem, salvatur. Ergo reverã disparitas, prius assignata, tanta non est, quanta inter DEUM & hominem: quia tam liberum arbitrium, seu Dominium libertatis; quam Jus Proprietatis est penes hominem.

SECTIO IV.

De Objecto Domini.

SUMMARI.

340. Res omnes humano Dominio sunt subjæta. 341. Etiam incorporales. 342. & seqq. Eliminantur objecta. 346. Etiam spirituales. 347. & sacra. 348. & seqq. Quarum Dominium etiam Laici habere possunt. 354. & seqq. Mare & totus mundus Dominium recipit. 356.

& seqq. Vita & membra hominis non subsunt illius Dominio. 358. & seqq. Neque Republica. 361. & seqq. Quodam existimant, non dari factam Dominium. 364. Contrarium evincitur. 365. & seqq. Rationes adversantes propelluntur. 369. & seqq. Offenditur Dominium libertatis.

§. I.

Circa quas res debet Dominium?

340 Cùm homini statim ab exordio mundi res omnes create plene jure fuerint subjæta ex dictis in num. 136. consequens est, circa res omnes creatas dari Dominium. Lessius de F. & F. lib. 2. cap. 4. n. 52. Hinc

341 Inferitur I. non tantum rerum corporali-um, sed etiam incorporalium dari Dominium, ut jam insinuatum est supra in num. 13. nam etiam res incorporales, v. g. servitutes, reales & personales, subsunt homini per textum in l. qui ususfructum 3. ff. si ususfruct. pet. l. semper 15. §. 8. ff. Quod vis aus clam. capiuntque liberam hominis dispositionem. D. Braun de Dom. cap. 6. §. 1. n. 3.

342 Equidem plures ex juristis cum Lauterbach ad tir. ff. de A. R. D. §. 3. negant Dominium in rebus incorporalibus dari, tum propter textum in §. per traditionem 40. Inst. de R. D. l. per hoc 4. in pr. ff. Communi divid. tum propter possessionem propriam, quæ deficit in incorporalibus per cap. querelam 24. de Elect. cap. cum Ecclesia 3. de Causa possess. & propriet. l. si ades 32. §. 1. ff. de S. P. U. l. possideri 3. in pr. ff. de A. vel 343 P. Sed nihil evincunt: nam allegati textus non negant Dominium rerum incor-

poralium, sed tantum insinuant, in rebus corporalibus & veram traditionem & veram divisionem intervenire posse. Defectus 344 etiam possessionis propria non arguit impropriam Domini: sicut namque traditio impropria seu ficta non impedit, quòd minus Dominium propriè dictum transferatur per textum in cap. 1. num. 68. & seqq. citator: ita possessio impropria feu quasi-talis non impedit, quòd minus verum Dominium in rebus incorporalibus acquiratur. Ut taceam 345

Dominium in rebus incorporalibus etiam sine possessione acquiri posse: quandoquidem si Titium ex mutuo teneam obligatum ad numerandos 1000. hujus obligationis sum Dominus, absque prævia possessione vel traditione secundum dicta in cit. cap. 1. n. 84. Inferitur II. res spirituales, sacras, sanctas, 346 & religiosas, esto dicantur humano exempta commercio, Dominium humano non effugere. Et quidem de rebus spiritualibus internis, quæ conferunt ad spirituale & supernaturalem hominis salutem, puta bonis operibus, gratiã sanctificante &c. Dominium homini competere, cum Theologis pro certo

sup.

supponunt Illustriss. Reding de F. & F. quasi. 1. art. 2. contro. 3. num. 13. & Clariss. P. Mezger de F. & F. ir. 11. disp. 28. art. 4. num. 2. 347 De rebus sacris, sanctis, & religiosis pariter non ambigit D. Braun de Dom. cit. cap. 6. in pr. quin cadant sub Dominium; idque & ego docui in traçt. 1. de Pers. Reb. & Jur. Ecclesiast. p. 2. cap. 1. n. 33.

348 An verò res sacra non tantum Dominium personarum Ecclesiasticarum, sed etiam Laicarum, non dedignentur? Ambigendi ratio succurrit: cùm enim Laicis nulla sit potestas, de juribus spiritualibus externis, quæ dicuntur Ecclesiastica, v. g. jure decimandi, eligendi &c. disponendi cap. Sacrosancta 51. cap. Massana 56. de Elect. cap. causam 7. de Prescrip. quòd jure potestatem de rebus sacris disponendi 349 præterdendat? Crederem nihilominus, Laicos Domini rerum sacrarum non penitus incapaces esse. Ponamus enim, quòd Laicorum aliquis calicem, suis sumptibus consecutum, consecrari faciat ad usum Oratorii sui vel Capellæ, nec tamen eundem Oratorio vel Capellæ donet: an non calicis Dominium retinebit post consecrationem, quòd habuit

350 ante consecrationem? Rursus ponamus, Clerico, qui calicem sibi ex redditibus patrimonialibus vel quasi-comparaverat, successisse fratrem germanum Laicum: nunquid calix, in hæreditate repertus, æquè transibit in Dominium fratris Laici, quam alia res hæreditaria? Quantumvis enim res sacra nec attingi possint à Laicis, nec etiam in usus profanos applicari: non tamen respuunt Dominium Laicale, & dispositionem ad usus sacros, à personis Ecclesiasticis peragendos; prout nec respuunt omnem conventionem, præsertim gratuitam & liberalem, quam utique Laicus facere potest, donandò v. g. calicem sacratum cuidam Ecclesiæ, juxta cit. tr.

351 Inferitur III. maris & mundi totius Dominium esse possibile. Dominium maris de facto complures sibi Principes & Republica vendicant; nec injuriã: nam mare primitivum factum est commune, non positivè, ut maneat tale; sed negativè, ut quoad proprietatem potuerit ab hominibus singulariter acquiri, sic testante S. Scripturã Deuter. 33. v. 32. ibi: Nephthali abundantia perforatur, & plenus erit benedictionibus Domini: Mare & meridiem possidebit. Braun cit. cap. 6. §. 2. à n. 2. Do-352 minium mundi totius nullus equidem Imperatorum vel Principum hæcenus obtinuit, veluti contra Bartolum demonstravit Clariss. D. Franz Quæstion. Select. 13. per tot. Non tamen apparet implicantiã, quin obtineri possit, si quis Imperatorum vel Principum tot viros & vires habeat, ut provincias & regna, jam ab aliis occupata, ipsis eripiat.

num. 31. & seqq. Quòd verò donatio-353 nem facere possit, Dominium antecedenter habuerit, opus est: cùm nemo plus juris transferre possit in alterum, quam ipsemet habeat cap. nemo 79. de R. J. in 6. Alias sequeretur, calicem ante donationem nullius fuisse, ac primo occupanti cedere debuisset; quòd nullatenus admiserim.

Quòd autem Laicis de juribus Ecclesiasticis nulla sit disponendi potestas, inde promanãt, quòd Ecclesia, seu Domina vel dispensatrix jurium Ecclesiasticorum, non velit, ut Laicus se immisceat juribus, ad Ecclesiasticas personas spectantibus. At ostendi non potest, quòd Ecclesia non velit, ut Laicus proportionatum habeat Dominium rerum sacrarum: utpote cùm earum materia pertinuerit antehac ad Laicos, quos contra voluntatem Ecclesiæ suò privare Dominio non intendit.

Inferitur III. maris & mundi totius Domi-354 nium esse possibile. Dominium maris de facto complures sibi Principes & Republica vendicant; nec injuriã: nam mare primitivum factum est commune, non positivè, ut maneat tale; sed negativè, ut quoad proprietatem potuerit ab hominibus singulariter acquiri, sic testante S. Scripturã Deuter. 33. v. 32. ibi: Nephthali abundantia perforatur, & plenus erit benedictionibus Domini: Mare & meridiem possidebit. Braun cit. cap. 6. §. 2. à n. 2. Do-355 minium mundi totius nullus equidem Imperatorum vel Principum hæcenus obtinuit, veluti contra Bartolum demonstravit Clariss. D. Franz Quæstion. Select. 13. per tot. Non tamen apparet implicantiã, quin obtineri possit, si quis Imperatorum vel Principum tot viros & vires habeat, ut provincias & regna, jam ab aliis occupata, ipsis eripiat.

§. II.

De turne Dominium vitæ vel membrorum?

356 Dominium homini in vitam aut membra non competere, sed DEO soli, qui Vita & mortis habet potestatem Sap. 16. ac occidit; & vivificat DEUS 12. reservatum esse, non tantum Auctores Christiani, verum etiam Ethnici constanter teneverunt, ut patet ex l. liber homo 13. in pr. ff. ad L. Aquil. & Lib. 1. traçt. de Fure Leg. cap. 2. n. 163. & seq. ubi probatum est, autochiriam, seu propitium Legi Naturali repugnare. Ratio multiplex assignari solet; præcipua videtur, quòd vita & membra non sint fructus industriae nostræ, sed misericentis DEI primæ & summiæ gratiæ in ordine naturali; quas proinde tantum precariò, non propriò jure, possidemus; nec illis abuti, sed uti solummodo possimus.

357 Hocque assertum non solum de subditis & privatis hominibus, sed etiam de Superioribus & Republica tenendum est: nam etiam Superior & Republica Dominium in vitam

& membra subditorum non habet, ut clarè scit ex illo Exodi 21. qui percussit virgã servum vel ancillam, & in manibus ejus mortui fuerint, criminis reus erit. Lessius de F. & F. lib. 2. cap. 4. n. 58. Cùm enim ex hominibus, 358 privatis, seu membris, conflatur mysticum Republicæ corpus: non poterit Republica majus habere jus in membra politica, quam homo privatus in membra physica. Habet itaque solum usum, non abusum; habet custodiam, non arbitrium; & si quandoque ferò abscissionis utatur, facit, quòd homo facere potest, & reseindit membrum putridum, ne totum corpus contaminetur.

Quòd tamen non obstante, potest & subinde 359 tenetur homo, vitam & membra subijcere periculo mortis & mutilationis, uti per exempla fat multa declarat P. Mezger cit. Quasi. disputat. 28. artic. 3. à num. 7. quia præceptum quidem de non-occidendo negativum est,

T r c 3

est,

est, obligans semper & pro semper; atque
preceptum de conservanda vita positi-

§. III.

Sitne quis Dominus honoris & famæ?

- 361 **C**Ajetanus, quem citat Lessius *tit. loc. n. 59.* & Sylvest. *verb. detractio q. 3.* negativè decidunt. Ratio deducitur I. ex illo *Ecclesiast. 41. curam habe de bono nomine;* quò respiciens D. Augustinus relatus in *cap. nolo 10. XII. quæst. 1. crudeliter vocavit, qui famam negligit.*
362 II. ex *I. iusta causa 9. in pr. ff. de Manumiss. vind.* in qua, dum vitæ periculum & famæ videtur æquiparari, anam sumpserunt Interpretes, illud brocardicon formandi, quòd *fama & vita pari passo ambulant.* III. ex necessitate bonæ existimationis, sine qua vita civilis & politica consistere nequit: ideòque permulti judicant, fatius esse, non vivere inter homines, quam vivere sine bono nomine.
364 S. Thomas, quem laudant & sequuntur Lessius *tit. l. Lugo de F. & F. disp. 14. sect. 10. num. 153.* Mezger *d. l. art. 4. n. 1.* & cæteri ferè Theologi statuunt affirmativè. Ratio est: tum quia honor & fama parantur industria & virtute propria: tum quia seipsum infamare, quandoque licet: tum quia læsionem honoris & famæ diminutionem, si velimus, dissimulare vel remittere possumus §. ult. *Instit. l. non solum 11. §. 1. ff. de Injur.*
365 Ad I. rationem adversam responderi potest: perperam agere hominem, qui nomen & famam negligit; præsertim si conservatio nominis & famæ sit necessaria ad officium & munus, quod gerit, obeundum: hoc tamen

vum est, obligans semper non pro semper.

non impediende, Dominium honoris & famæ concedi potest homini, utpote qui Dominus est pecuniæ, & aliarum rerum, etiam non possit illas prodigere.
Ad II. Resp. famam & vitam quoad æstimationem nonnunquam, præsertim apud Nobiles & Magnates, æquiparari; nihilominus discrimen inter famam & vitam notabile reperiri, dum vita nec primitus acquirit, nec, si perdit sit, à nobis restaurari possit; dum contra fama non solum ab initio propriis meritis parari, sed etiam, si deliquim vel diminutionem sit passus, reparari valet.
Ad III. Resp. vitam civilem omnino sine fama & existimatione bona consistere non posse; hinc tamen inferre non licet, famam in Dominio hominis non esse, sed, ut dictum in *num. 308.* famam ab homine prodigi non debere: nam, si quis in officio confectus, nequeat absque fama amplius præfere vel prodesse, multorum iudiciò peccat contra iustitiam, seipsum infamandò: sin autem in officio confectus non sit, sed alias per infamiam reddatur inhabilis ad beneficiendum proximo, vel ipsi noverunt inferat, contra charitatem peccat, & subinde contra Religionem, veluti si Religiosus se infamet, utpote cum ex ejus infamia Monasterium & Ordo detrimentum patiantur.

§. IV.

Sitne quis Dominus libertatis suæ?

- 369 **D**ominium, quod maximè dicitur æstimandum in homine, circa libertatem versatur: utpote cum libertas in Jure res inestimabilis appelletur *l. libertas 106. ff. de R. F.* Et cum hac libertate, standò in Jure Naturali, quilibet nascitur *l. manumissiones 4. ff. de F. & F.*
370 Postquam verò de Jure Gentium servitus est introducta, quæ homo hominis Dominio subijcitur; is, qui ex parentibus servis, aut ancilla matre genitus est, de Jure Civili pro nato servo reputatur *pr. Instit. de Ingentis.*
371 Concluditur exinde, quòd libertatem suam quis vendere, vel alias abdicare possit. Qui enim est dominus rei, potest eandem vendere, vel aliò modò distrahere, nisi speciali

Jure prohibeatur. At speciale Jus non extat, quòd libertatem quis vendere vel abdicare prohibeatur; quin potius extat Jus, apertè permittens, tum Divinum Exodi 21. & Deuteron. 15. tum Humanum §. *servi autem 4. Instit. de Jure Person.* Interim ad ejusmodi venditionem requiruntur certa conditiones, de quibus D. Braun de *Dom. cap. 6. §. 5. num. 6.* & insuper desideratur iustitia causæ: cum rem aded pretiosam sine causa projicere, prodigalitas sit valde inconsulta; præsertim apud Christianos, quibus servitus est impedimento, ne quoad statum & perfectionem possint adhibere media, Lege Divina & Naturali partim præcepta, partim permissa.

SECTIO V.

De Effectu Domini.

SUMMARI A.

373. & seqq. Summatim recensentur effectus Domini. 380. Adstruitur pro effectu alio ren-

lis. 381. & seqq. Proponitur dubium, an illa alio rectè dicatur in genere vindicationis? 383. & seqq.

& seqq. Resolvitur per diversas exceptiones vindicationis. 389. & seqq. Vindi-

cationi connexa est actio ad exhibendum. 392. & seqq. Domini duratio explicatur.

§. I.

Quòsnam effectus producat Dominium?

- 373 **E**ffectus Domini quinque recenset Hilliger in *Donell. Enucl. lib. 9. cap. 9.* I. est jus tenendi & possidendi, quò non solum iniquum aggressorem, servatò moderamine inculpatae tutelæ, propulsare licet *l. restit. 1. Cod. unde vi,* sed etiam quemvis alium, in Judicio contendente, oppositò Domini exceptione repellere possumus *l. penult. & ult. ff. de Publican. in rem act.* II. est incolumitas rei, ejusque conservandæ vel refarciendæ gratià introducta remedia, nempe actio Legis Aquiliæ propter damna, ab hominibus illata *l. 1. & l. Aquil.* Actio quadrupedaria propter damna, ab animalibus brutis causata *l. 1. ff. Si quadrupes pauperiem fec.* Cautio de damno infesto, seu potius jus petendi cautionem, ut nempe, qui vicinas habet aedes, suggrundia, vel protectiones, sive jure domini, sive aliò jure, datis fidejussoribus promittat, se reparaturum damna, si quæ ex aedibus, suggrundis, aut protectionibus ruinosis acciderent *l. 1. ff. de damno inf.* Nuntiatio novi operis propter damnum ex edificatione novæ fabricæ datum *l. 1. ff. de N. O. N.* III. jus utendi fruendi: nam ususfructus pars Domini censetur *l. ususfructus 4. ff. de Usufr.* & fundo legato ususfructus, etiam si sit alienus, præstari debet *l. Marvini 66. §. pen. l. cum filius 76. §. 2. ff. de Legat. 2.* quin etiam, si proprietatis fundi Titio, & ususfructus Sempronio legetur, ususfructus inter utrumque communis est *l. saluti 19. ff. de Usu & Usufr. leg.* Quàmquam hæc effectus non raro

tollatur, si vel Dominium utile, vel ususfructus, tanquam servitus, alteri constituitur. IV. est jus arcendi alios ab usu *§. servaigitur 12. 376. Instit. de R. D. l. Divus Pius 16. ff. de S. P. R. ita,* ut parere & abstinere nolentes injuriarum actione teneantur per *l. qui pendemem 25. ff. de Act. empti & c. l. injuriarum 13. §. ult. ff. de Injur.* V. est jus alienandi & diminuendi, aded ut dominus rem totam vel illius partem in alium transferre, pro derelicto habere, projicere, quomodo libet onerare, vel destruere possit *§. per traditionem 40. §. ult. Instit. de R. D. l. adeo quidem 7. §. 3. ff. de A. R. D. eòque sensu in l. in re 21. Cod. Mandati dicitur, quemlibet rei suæ moderatè & arbitrum existere. Verùm & hic effectus impeditur passivè, velur per decursum parabit; & inter alia exempla constat de pupillis & minorennibus, qui, licetò domini sint, res tamen alienare non possunt autoritate propria, sed si mobiles sint, opus est autoritate tutorum aut curatorum; & si res immobiles sint, insuper decretum Magistratû requiritur, nunc admodum *2. Instit. Quib. alien. non lic. & ibi Harpprecht per eos. l. pupillus 11. ff. de A. R. D. l. obligari 9. ff. de Auth. & cons. sui. l. Imperatoris 1. in pr. l. magis pios 5. §. 2. & c. l. 1. ff. de Reb. cor. qui sub tit. & ibi D. Braun in tract. de Tutor. & Curat.* Aliud exemplum in *pr. Instit. d. Onib. alien. non lic.* occurrit in marito, qui, licet sit dominus rei immobilis, in dotem acceptæ, nihilominus eam alienare prohibetur.*

§. II.

Qualis actio nascatur ex Dominio?

- 380 **E**ffectibus Domini, saltem remotis, annumeratur actio realis, ex Dominio descendens. Cum enim ex quolibet Jure Reali nascatur actio realis, juxta *cap. 1. & n. 103.* nascitur etiam ex Dominio, velut principali specie Juris in Re.
381 An autem hæc actio possit in genere vocari rei vindicatio, vel petitio? Non aded liquet. Etiam enim, ut *tit. num. 103.* insinuat, est, actiones reales in genere dicantur vindicationes & petitiones *l. actionum 25. in pr. ff. de O. & A. §. appellamus 15. Instit. de Action.*
382 Attamen videmus, pro singulis Domini speciebus singulas quasi actiones proditas; eaque ex causa rei vindicationem tum petitioni hæreditatis, quæ ratione Domini universalis competit; tum actioni confessoria & negatoria, quæ in iure Domini rerum incorporalium est inventa, contradistingui legimus in *§. omnium 1. Instit. de action. l. post actiones 1. in pr. §. 1. & §. 3. l. vindicatio 56. & ibi Gothofred. in not. l. o. ff. de R. F.*
383 Putem, huic copulum levi brachiò remo-

veri posse, si distinctio fiat inter diversam vindicationis actionem. Nam, si vindicatio accipitur latè, comprehendit omnes omnindò reales actiones *tit. §. appellamus 15. Instit. de Action. d. l. actionum 25. in pr. ff. de O. & A. junctà l. §. fundus 16. §. 3. ff. de Pignor. ubi de pignoris vindicatione sermo fit.* Eamque rem dubiò carere, ac prolixius de illa disserere, esse idem, ac nugas tractare, innuit Bachovius in *tract. de Action. disp. 2. rb. 11.* Sin accipitur strictè, continet solas actiones reales, quæ fluunt ex Dominio, tam universali quam particulari, per textum expressum in *l. legitimam 8. ff. de Hæred. petit. l. post actionem 1. §. 1. & ult. ff. Si pars hæred. petat. tam in rebus corporalibus, quam incorporalibus, utpote cum etiam servitutes vindicari dicantur *l. si fundo 1. in pr. l. nisi frui 5. §. 1. & 2. ff. Si usufr. pet. l. de servitutibus 2. §. 1. & l. 1. ff. Si servit. vindic.* Indè 384 que etiam actionem præjudicalem, pro statu libertatis competentem, vindicationem appellat Bachovius *tit. tract. disp. 2. rb. 19. arg. l. si quando 1. in princ. l. quòd autem 10. l. non videtur 28.**